



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Thesaurus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10447**

ducendum testes in tali termino, sufficit illos in dicto termino produxisse, licet in termino examinati non fuerint, Gem. in c. presentium, §. verò, notab. 2. de rescr. lib. 6.

Decimò, qua ætate debeant esse testes, quando volunt deponere pro probando titulo in præscriptione quadragenaria, vel centenaria, sive de visu, sive de auditu, quinquaginta quatuor annorum, ait Gem. ex multis, in c. 1. ver. sed querit Lopus, de præscr. lib. 6.

#### TRANSLATIO.

**T**ranslatio Monasterij Monialium, cui imminet scandalum, est faciendaa aliud monasterium ejusdem ordinis, nec redditus Monasterij translati sunt applicandi Seminario, sed uniendi Monasterio, in quod translatum fuit, licet aliunde non possit provideri dicto Seminario sac. Cong. decl. 106. in meis, & ita censi debet de monasterio virorum translato, ubi per Bul. Pij V. non possunt commorari duodecim regulares.

#### THESAURUS.

**S**i invenitur thesaurus in solo publico, sive privato, per constitutionem Regni, est fisci, sed per capitulum Regis Caroli II. quod incipit, Et quia non decet, est dimidium inventoris. hoc intellige, quando non invenitur data opera, sed casu, Affl. in const. dohana secreti, in 1. notab. & Azo. in sum. lib. 10. Cod. rub. 15. vide Sylv. in ver. inventum,

n. 9. Secundò, si in loco suo est inventoris, quia hoc est de jure naturali Tertio, si in loco alieno, & casu, dimidium inventoris, cum dominio soli, si scienter, tunc distingue, vel eo sciente, & consentiente, vel eo invito. Quarto, si magis, tunc est fisci lata sententia. Nav. ca. 17. n. 172. & infra, & habebit negotium cum officio sanctæ Inquisitionis, cujus est judicare de magis, c. accus. §. sanè, de heret. l. 6.

#### TITULUS COLORATUS.

**T**itulus coloratus quomodo dicitur, vide Sylv. 3 p. q. 11. n. 34. Gom. q. 27. 26. 42. & 48. Cov. cap. 5. de trien. poss. tex. in c. cum ministris, de concess. præb. Addit. ad dec. Rot. 11. de præben. in novis.

#### TRIEMES.

**P**rimò, Triremium Capellanos an possit visitare, corrigere, & cognoscere Episcopus loci, ubi sunt?

Respondetur ex Nav. consi. 4. de for. comp. quòd prius debet distingui, prout ibi. secundò, quod sic, prout de aliis viatoribus potest cognoscere.

Secundò, an prælati religionum, & sæcularium possint damnare suos regulares, vel sæculares ad triremes? Respondetur, quòd sic. Steph. Aufer. in repet. Clem. 1. de off. ord. regul. 3. fallent. 1. Nav. 2. nullum, 18. q. 2. ver. de reg. ad trirem. dam. n. 52. Clar. qu. septuagesima, ver. frequens est etiam, & Nav. consi. 1. de here.

Tertio, Ecclesiastici condemnati ad triremes, an possunt vapulare absque incur-